Lingua Groenlandica

Lingua **Kalaallisut** (etiam appellata *Groenlandica* vel *lingua Grönlandica*, Viridis Terrae *Escimaea* vel *Groenlandicum Inuktitut*) est generis linguarum Escimaeo-Aleuticarum. Locuta in Viridi Terra, cum Canadensibus linguis instar Inuktitut affinissima est. More omnium sui familiae linguarum, ergativa est et multa ducta verba habet, sed pauca coniuncta.

Lingua Groenlandica Kalaallisut	
IPA:	[kalaaɬisut]
Taxinomia:	lingua Escimaeo-Aleut e serie linguarum Escimaicarum
Locutores:	54 000
Sigla:	1 kl, 2 kal, 3 kal
Status publicus	
Officialis	Groenlandia
Privata	
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	—

Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Dialecti

Groenlandica lingua tres maximas dialectos habet: Nordica, Occidentalis et Orientalis; **Orientalis dialectus**, insignissima numero, appellatur *Kalaallisut* et circiter 50000 hominum loquuntur. **Nordica dialectus**, Inuktun, locuta circum urbem Qaanaaq (Thule), conexissima est cum Canadensi lingua Esquima. Contra Canadenses linguas, Kalaallisut scribitur non Inuktitut litteris sed Latinis. Peculiarem litteram, signum **kra**, solum Kalaallisut habuit donec scribendi emendatio eam substituit pro littera **Q**.

Fontes Latinae

- **1750** Pauli Egede *Dictionarium Grönlandico-Danico-Latinum*, nexus (http://www5.kb.dk/e-mat/dod/130020340380.pdf)
- **1760** Pauli Egede *Grammatica Grönlandica Danico-Latina*, nexus 1 (https://fiftywordsforsnow.com/ebooks/egede/), 2 (https://archive.org/details/grammaticagrnlan01eged/page/n6/mode/2up)

Nexus externi

- Consilium Linguae Groenlandicae (http://www.oqaasileriffik.gl/) **(Groenlandice)**
- Lingua Groenlandica apud Ethnologue (http://www.ethnologue.com/show_language.asp?code=kal) **(Anglice)**